Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

noe et filij eius vxor eius
et vxores filiorum eius cum
eo. Sed et omnia animā
lia iumenta et reptilia
que reptant super terram se
cundum genus suum de ar
cha egressa sunt. Edifica
uit autem noe altare domino.
et tollens de cunctis pecō
ribus et volucribus mū
dis obtulit holocausta
super altare. Odoratusque
est dominus odorem suauī
tatis. Tempterata. Dixit
Temptauit deus a
braham et dixit ad eum.
Abraham abraham. Et ille
ait. Adsum. Ait illi.
Tolle filium tuum primogē
nitum quem diligis ysaac
et vade in terram visionis:
atque offeres eum ibi in ho
locaustum super vnum mon
tium quem monstrauero tibi.
Igitur abraham de noc
te consurgens strauit
asinum suum ducens se
cum duos iuuenes et
ysaac filium suum. Cumque
concidisset ligna in ho
locaustum abiit ad locum
quem preceperat ei deus. Die
autem tertio eleuatis oc
ulis vidit locum procul.
dixitque ad pueros suos:
Expectate hic cum asino:
ego et puer illuc usque p
perantes. postquam adora
uerimus reuertemur ad uos
Tulit quoque ligna holo
causti et imposuit super
ysaac filium suum: ipse vero
portabat in manibus
ignem et gladium. Cumque
duo pgerent simul: di
xit ysaac patri suo. Pa
ter. At ille ait. Quid
vis fili? Ecce inquit ig
nis et ligna: vbi est vic
tima holocausti? Dixit
abraham. Deus prudebit
sibi victimam holocausti fi
li mi. Pgebant ergo pa
ter. Venerunteque ad locum